

Rudolf Baumbach,
Hospitia sub tilia

tradukita de N. N. 62

1. Nulla gutta in poculo,
Nullus as in marsupio,
Languent cor et ora.
Vinum tenet lucidum
Me et nitor luminum,
Hera o decora!

2. "Notare creta non est mos,
Deficiente ea nos",
Hospita ridere.
"Si habes assem nullum iam -
Pigneris pone perulam,
Perge sed sorbere!"

3. Commutata perula
Cum spumante situla,
Ille vult meare.
Dicit hera: "Bibedum!
Laenam, baculum, pileum
Debes pignerare!"

4. Puer bibens perdit tum
Laenam, baculum, pileum,
Maestus dixit: "Cedo,
Vale, potio frigida
Et procera hospita,
Luminum dulcedo!"

...

5. Dixit pulchra femina:

“Si habebis pectora,

Mihi pignerato!”

Quid sit factum, narro nunc,

Ardens os in ore tunc,

Arsit inflammato.

6. Cantum qui hunc cecinit,

Nocte leni tetigit

Auras laeta mente.

Pocula sunt posita,

Iuxta sedit hospita

Tilia sub florente.

*Traduko de la Germana poemo “Keinen Tropfen im Becher mehr” de RUDOLF BAUMBACH (*1840 – †1905) en la Latinan de N. N. 62.*

Arg-68-1740 (2013-04-06 22:26:51)

Tiu ĉi latinigo troviĝas en <http://ingeb.org/Lieder/keinentr.html>.